Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Bullae tres

Paul <II., Papst>

[Rom], um 1471

urn:nbn:de:bsz:31-309510



BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

Da 18
+ Einband
AN 542
AN 543
AN 544
AN 545
AN 546

F 24.

H. 11 71 1.) Esslingen. Conr. Fyner. c. 1473-4.
* 6775 2.) adh. a-c.) " " c. 1473
* 7699 3.) " d. e " " 1472 od. 73
H 8400
* 7807 4.) " f s. l. e. a.
H 0

2

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Aulus Epus ſeruus ſeruorum dei · Ad perpetuam rei
memoriam . Conſueuerũt ſancte memorie Romani
pontifices predeceſſores nr̃i ad retinendã puritatem religi′
onis criſtiane · & ſanctam fideliũ ſocietatem ab offenſione
ſeruandam . Arma iuſtitie per miniſterium aptatus annis
ſingulis in preſenti celebritate exercere . Nos itaq; uetuſtũ
& ſolemnẽ hunc morem tenentes ex parte omnipotentis
dei pr̃is & filii & ſpiritus ſancti . Auctoritate quoq; btõꝝ
Petri & Pauli aptorũ eius & nr̃a Excomunicamus & Ana′
thematizamus omnes Hereticos · Gazaros · Patharenos
Pauperes de Lugduno . Arnaldiſtas . Speroniſtas . Paſſa′
gerios . Videuiſtas ſeu Huſſitas . Fratricellos de opinione
nuncupatos . & quoſcunq; alios hereticos quocunq; nomine
cenſeantur . & omnes fautores · receptatores & defenſores
eorũ . & licet ſuperiori anno nominatim ob ſuoꝝ criminũ
magnitudinẽ · & ut uitaretur ex contagione ipius peri′
culum . Excomunicauerimus · Maledixerimus & Ana′
thematizauerimus perditionis alũnũ Georgium alias Ier′
cicum de conſtat & Pogiebrat tunc totius nunc uero partis
regni Bohemie occupatorem · Quia tamen idem Georgi′
us Sathane eius pr̃is arte ſeductus pertinatius in ſua dã′
nata heresi in qua ſe natum & educatum aſſerit perſeuerãs
ut eam manifeſtiorem efficiat ſuis erroribus peſtiferis non
contentus uicinarũ partium & preſertim inclite nationis
germanice xp̃ifideles in ſuũ nephandũ errorẽ trahere eoſq;
propterea inuadere ac totis conatibus perſequi non ceſſat
Nos conſiderantes ꝙ tanto ſit maioribus penis mulctan′
dus quanto in ſua nephanda hereſi dãnabiliter indureſcit
eundem Georgiũ ſuis grauioribus culpis atq; damnatis
erroribus exigentibus Auctoritate predicta denuo . Exco′
municamus . Maledicimus & Anathematizamus · Nec
non om̃s & ſingulas ſentẽtias . cenſuras & penas · tam a
iure q̃ a nobis iuſto dei iudicio ꝓmulgatas . Agrauamus
Reagrauamus . eumq; ſuperna maledictione ſicut male′
dicti fuerunt Dathan & Abiron quos terra ſuſtinere non

ualens uiuos abſorbuit . & ſicut Iudas Scarioth traditor
redemptoris nr̄i maledicimus & ut talē ab omnibꝰ uitari
mandamus Item Excoīcamus . Maledicimus & Ana'
thematizamus Victorinū etiam perditionis alūnū eiuſdē
Georgii filium qui armis quo ad poteſt xp̄ianos & preſer'
tim Clariſſimum in xp̄o filium nr̄m Fredericū Romanoꝝ
imperatorē ſemp̱ Auguſtum inuadere & hoſtiliter perſequi
non ceſſat Item Excoīcamus Anathematizamus om̄s
& ſingulos ipi Georgio Heretico · adherentes . aſſiſtentes
obſequentes ac fauentes & noīatim iniquitatis filiū Iohā'
nem Rochezañ hereſis eiuſdem Georgii alias Ierſici preci'
puū defenſorē · & pro adminiſtratore Eccl'ie Prageñ nulla
ſuffultum auctoritate ſe gerentē ac ipi alias . auxiliū . cō'
ſilium uel fauorē · clam uel palam . directe uel indirecte
prebentes cuiuſcūq; dignitatis . ſtatus . gradus · ordinis
preeminentie uel nobilitatis fuerint . etiam ſi . Pontificali
Regali . Reginali . Ducali · Marchionali aut alia quauis
eccl'iaſtica uel mundana prefulgeant dignitate & qui ſecū
cōmercium habent uel habebūt quolibet in futurū . Necnō
omnes & ſingulos ſibi militantes ac arma offenſibilia uel
defenſibilia necnō uictualia cuiuſcūq; generis ſint miniſtrā
tes Item Excoīcamus & Anathematizamus damnate
hereſis defenſorem Georgiū de Heymburg qui ſicut alias
iuſto iudicio Hereticus declarari promeruit · ita nūc quoq;
in ſupradicto Bohemie regno petra ſcādali & lapis offen'
ſionis factus eſt . & dum poſt uenditā animā turpi lucro
prophanatori illi Georgio alias Ierſico adeē nō ceſſat . Cor'
nua in ſacroſanctam Romanā eccl'iam & ſedem ap'licam
cunctoꝝ fideliū matrem atq; mg'ram erigere & eius mā'
data contēnere . atq; canonicas cenſuras pertinaci ſpiritu
perferre non ueretur ¶ Item Excoīcamus & Anathema'
tizamus om̄s & ſingulos cuiuſcūq; . ſtatus . gradus . condi
tionis aut preeminētie exiſtāt · etiā ſi . Pōtificali . Regali
Reginali aut quauis alia eccl'iaſtica uł mūdana p̄fulgeant
dignitate qui perfidis hereticis . Vicleuiſtis qui in huiōi

dampnata Vicleuiſtarũ hereſi pertinaciter permanſerũt . Ar-
ma · equos . ferrũ . plumbũ · lignamina . ſal . oleũ . uinũ
ueſtes . uictualia . & alia quecunq; ad uſum hominũ per-
tinentia . aut queuis alia preſidia · publice uel occulte ſub
miniſtrant ac per ſe uel ſubditos ſuos afferri faciunt uel
permittunt . Cũ quibꝰ dicti Videuiſte xp̄ifideles et catho-
licos quõlibet impugnant ſeu offendere poſſunt · Necnon
oĩs & ſingulos Vicleuiſtarũ eorundẽ adherentes · fauto-
res . defenſores & receptores cuiuſcũq; · ſtatus . nobilitatis
excellentie aut conditionis exiſtant . etiam ſi · Pontificali
Regali . Reginali aut quauis alia eccl̄iaſtica uel ſeculari
ſint prediti dignitate aut conſentientes uel preſtãtes eiſdẽ
in premiſſis quõcunq; uel qualitercunq; . auxilium . cõſiliũ
uel fauorem . ipſoſq; oĩs & ſingulos declaramus cõtinua-
tores & fautores hereſis . atq; omni · beneficio . dignitate
& honore eccl̄iaſtico ac mundano denunciamus fuiſſe & eſſe
priuatos   Item Excoĩcamus & Anathematizamus oĩs
falſarios bullarum ſeu litterarũ ap̄licarum & ſupplicationũ
gr̄am uel iuſtitiam concernentiũ ꝑ ſũmum Pontificem ut
per Vicecancellariũ ſeu gerentes uices eorum aut officium
Vicecancellarii ſancte Ro. eccl̄ie de mandato Pontificis
predicti ſignatarum ipſius noĩe ſeu Vicecancellarii aut re-
gentis officium predictum ſignantes ſupplicationes eaſdẽ

Itẽ excoĩcamus & Anathematizamus oĩs & ſingu-
los conſpiratores aut coniuratores contra perſonã · ſtatũ
uel auctoritatẽ Romani Pontificis . etiam ſi · Pontificali
Regali · Reginali · aut alia quauis eccl̄iaſtica ut mũdana
dignitate prefulgeãt · omneſq; complices & fautores eoꝝ
necnõ conſcios conſpirationum & coniurationũ huiõi et
non reuelantes aut eis conſiliũ quõlibet preſtãtes auxiliũ
uel fauorẽ . illiſq; ex parte oĩpotentis dei . Maledicimus
declarantes eos omni honore ac dignitate eccl̄iaſtica uel
mundana fuiſſe et eſſe priuatos   Iem excoĩcamus et
Anathematizamus oĩs Violatores eccl̄iaſtice libertatis et
illos preſertim qui cõtra ſacroꝝ Canonũ inſtituta · eccl̄iis

& ecctiaſticis perſonis ſine licentia ſpeciali Romani Ponti/ficis . collectas ut alia onera aut queuis grauamina realia uel perſonalia imponūt uel exigunt . aut imponi ut exigi faciunt aut procurant Item . Excoicamus & Anathe/matizamus omnes Piratos & Latronculos Maritimos et illos precipue qui mare nr̄m a monte argentario uſq; ad Terracinā diſcurrere & nauigantes in illo depredari . mu/tilare . interficere & rebus ac bonis ſuis ſpoliare hactenus preſumpſerunt et preſumēt . ac oms̄ receptores eorum ac eis auxilium dantes . conſilium & fauorem eiſq; & cuilibet eoꝝ maledicimus · Ipſorūq; omnia bona confiſcamus & occupantibus libere concedimus & donamus Itē · Ex/comunicamus & Anathematizamus oms̄ illos qui · equos ferrum · arma · lignamina & alia prohibita deferūt . Sara/cenis · Thurcis & aliis xp̄i noīs inimicis quibus xp̄ianos impugnant Iem . Excoicamus & Anathematizamus impedientes ſeu inuadētes uictualia uel alia ad uſum Ro. curie neceſſaria adducentes uel ne ad curiam ip̄am adducā/tur uel deferantur impedientes ſeu perturbantes . & qui talia faciunt uel defendūt cuiuſcūq; fuerint ordinis . p̄emi/nentie & ſtatus . etiam ſi . Pontificali . Regali . Reginali uel quauis alia ecctiaſtica uel mundana prefulgeāt digni/tate Item · Excoicamus & Anathematizamus omnes illos qui ad Sedem Aplicam uenientes uel recedentes ab eadem . necnō illos qui iuriſdictionē ordinariā uel dele/gatam aliquam non habentes in eadem curia manentes temeritate propria capiunt . ſpoliant aut detinent ex pro/poſito deliberato · uerberare . mutilare uel īterficere p̄ſumūt Et qui talia fieri faciunt et mandant Item Excoicamus et Anathematizamus oms̄ illos qui in terris ſuis noua pe/dagia imponunt uel prohibita exigunt Item : Excoi/camus et Anathematizamus omnes illos qui p ſe uel aliū ſeu alias quaſcūq; perſonas ecctiaſticas ut ſeculares ad Ro· curiam ſuper eoꝝ cauſis & negociis recurrentes illaſq; in eadem proſequentes aut procuratores negocioꝝ . geſtores

aduocatos uel ꝓmotores eoꝝ uel etiã auditores & iudices
ſuper dictis cauſis & negociis deputatos occaſione cauſarũ
uel negocioꝝ huiõi . uerberant . mutilant uel occidũt aut
bonis ſpoliant cuiuſcũq; · p̃eminentie . dignitatis . ordinis
conditionis · aut ſtatus fuerint . etiam ſi . Põtificali . Re-
gali · Reginali aut quauis alia prefulgeãt dignitate Itẽ
Excoĩcamus & Anathematizamus omnes · mutilantes
uulnerantes uel interficientes ſeu . capientes & detinentes
ſeu depredantes Romipetas & peregrinos ad urbem cauſa
peregrinationis aut deuotionis accedẽtes & in ea morãtes
& recedentes ab ipa & his dantes auxilium . conſilium ut
fauorem eorũq; bona confiſcamus Item Excoĩcamus
& Anathematizamus omnes qui per ſe uel per alium ſeu
alios directe uel indirecte ſub quocunq; titulo uel colore
occupant . detinent uel hoſtiliter diſcurrunt uel inuadunt
aut · occupare . detinere . diſcurrere hoſtiliter preſumunt
Almam urbem . Regna Sicilie . Trinacrie . Inſulas Sardi-
nie . Corſice Terram Citrafarum . Patrimoniũ beati Petri
in Tuſcia . Ducatum Spoletanũ . Comitatum Venaicini
Sibinẽ . Marchie Anchonitanẽ · Maſſetrabarie . Ro-
mandiole . Campanie & Maritime prouintias . Et terras
ſpãlis cõmiſſionis · & Arnulphoꝝ . Ciuitateſq; nr̃as . Bo-
noniensem . Ferrarienſem · Beneuentanẽſem · Peruſiẽſem
Auinionenſem · Turdertinenſem & aliis ciuitates . Terras
et loca uel iura ad ipam eccliam ſpectantia et pertinentia
Ac adherentes · fautores et defenſores eoꝝ ſeu in his dã-
tes eiſdem auxilium · conſilium uel fauorem Itẽ Ex-
coĩcamus omnes & ſingulos Collectores et Succollectores
alioſq; officiales ac omnes et ſingulos cuiuſuis dignitatis
aut p̃eminentie fuerint qui . ſcientes . habentes detinentes
aut occultantes · res . pecunias aut bona collecta pro expe-
ditione contra infideles ſeu Cruciata & ad ipam Cruciatã
pertinentia . illa aſſignare · ſoluere & reſtituere recuſan
negligunt ut contemnunt aut detinentes & occupantes nõ
reuelant uel illis auxilium · conſilium preſtant uel fauorẽ

Item licet plures Romani Pontifices nr̄i predeceſſores diuerſis eccl̄iis & piis locis · indulgentias plenarias cōceſſerint · Et felicis re. Pius papa ſecundus īmediatus etiam predeceſſor noſter legittimis ex cauſis & preſertim ut melius reipublice xp̄iane conſuleretur . ac contra Turchos feruentius intenderent eas ſuſpenderit . Noſq; etiam eiſdē ex cauſis ſuſpenſionem ip̄am cōprobauerimus & gratam habuerimus . ꝓut cōprobamus & gratā habemus · Illāq; ad beneplacitū ap. ſe. perdurare decernimus . Tamē ſicut plurimoꝝ relatione fidedignoꝝ querelanter accepimus nōnulli iniquitatis filii ordinationū & mandatoꝝ ap̄licorum contēptores . atq; ip̄ius reipublice xp̄iane nō minus q̄ ip̄e Thurcus inimici in ſuarum & alioꝝ fidelium aīaꝝ graue periculum Indulgentias huiōi tanq̄ non ſuſpenſas predicare & publicare preſumunt . Nos ad huiōi eorum rebellionem refrenandam . Excoīcamus & Anathematizamus omnes & ſingulos huiōi ſic ſuſpenſas indulgentias deinceps quouiſmodo · publicantes & predicantes aut illis utentes · Locoꝝ ordinariis ſub ſimilibus ſentenciis . cenſuris & penis quas contrafaciendo ip̄o facto incurrāt . haꝝ ſerie iniungentes ne in eorū ciuitatibus & dioceſibꝫ ſimiles indulgentias publicari & predicari faciant uel permittant A preſentibꝫ autem cenſuris & penis que caſus preſcriptos ſequūtur · ſexum omnino nullum · Conditionē hominū nullam eximimus . Non Patriarchas . nō Archiep̄os . non Ep̄os . non cuiuſuis generis prelatos . nō Reges . nō Reginas . non Duces . non Marchiones . nō Comites . nō ullius alterius dignitatis · uel noīs preſidentes uel quenq̄ priuatum ita eos obnoxios eſſe & reos preſentiū cenſuraꝝ decernimus · Nolentes priuilegium ullum · ullā indulgētiam . ullas ap̄licas litteras uim quancūq; uerboꝝ habētes proceſſibus his nr̄is obſtare · Rogamus omnipotentem & miſericordem deum & ſuppliciter deprecamur ut animas que uinculis harum cenſurarum ligate non ſunt ne ligent̄ conſeruet · Que uero ligate ſunt ad ſalutem & meritum

abſolutionis conuertat. Nos tñ hanc ipam abſolutionem nobis tm̃ Succeſſoribus nr̃is Romanis Pontificibus reſeruamus. articulo mortis dũtaxat excepto. In quo etiam ſatiſfactionem & cautionem canonicã ab eis eſſe uolumus exigẽdas. Simili excoĩcationis ſententia ĩnodantes ſacerdotes illos tam ſeculares q̃ cuiuſuis ordinis regulares. qui ſic Excoĩcatos & Anathematizatos etiam in ipo mortis articulo conſtitutos. Aliter q̃ ut prefertur abſoluerint eiſq; predicationem. lectionem. adminiſtrationem ſacramẽtorum. auditionẽq; confeſſionũ interdicimus per preſentes.

Vt autẽ huiõi nr̃i proceſſus ad cõmunẽ omniũ noticiã deducant̃ litteras aplicas huiõi proceſſus continentes. In ualuis Baſilice principis aptoꝝ. Necnõ eccłie ſãcti Marthe de urbe affigi facimus que proceſſus ipos ſuo quaſi ſonoro preconio & patulo inditio publicabunt ut hi quos huiõi contingent q̄ ad ipos nõ peruenerint aut ipos ignorauerint. nullã poſſit excuſationẽ pretendere uel igorãtiã allegare. cum nõ ſit ueriſimile quo ad ipos remanere incognitum uel occultũ quod tam patenter omnibus publicat̃.

Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nr̃oꝝ. Excoĩcationis. Anathematizatiõis. Denũciatiõis. Maledictionis. Confiſcationis. Donationis. Conſtitutionis Declarationis. Sublationis. Reuocationis. Innodatiõis interdicti & ĩiunctionis infringere. uel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attemptare preſumpſerit Indignationem oĩpotentis dei & beatoꝝ Petri & Pauli aptoꝝ eius ſe nouerit incurſurum. Datũ Rome apud ſanctum Petrum Anno incarnationis dñice Milleſimoquadringenteſimoſexageſimonono. Tercio kł. Aprilis Pontificatus noſtri Anno Quinto.:.

Caſus quos ſibi papa reſeruat

Aulus Ep̃us ſeruus ſeruoꝝ dei. Ad futuram rei memoriã. Et ſi dñici gregis ſaluti ſemper intenti ſingulis cũ humilitate poſcentibus ea benigne concedere ſtudeamus per que peccatorum mole depoſita ſalus ipa ſuccedat & ab

hoſtis humani generis ſeruitute ereptas animas lucri facia-
mus altiſſimo qui nobis eas ſua bonitate cõmiſit id tami
propenſiori ſtudio precauendum eſſe cenſemus ne cuiuſuis
indulgentie remiſſionis uel facultatis obtentu xp̄ifideles
procliuiores ad illicita imposterum cõmittenda reddantur
aut facilitas uenie eis peccãdi tribuat incentiuũ· Hac itaq;
conſideratione habita olim emanauit a nobis conſtitutio
tenoris ſubſequentis uidelicet· Sanctiſſimus in xp̄o pater
& dñs nr̄ dñs Paulus diuina prouidentia papa ſecundus
Qui pridem ſuper plenariis remiſſionibus que ſemel in
uita & ſemel in mortis articulo conceduntur formam &
normam inſtituit ne paſſim ſine exceptione quorumcunq;
criminum procliuiores redderentur homines ad peccandũ
per regulam in Cancellaria ap̄lica publicatam ſtatuit &
ordinauit ꝙ in quibuſcunq; conceſſionibus & facultatibus
abſoluendi caſus infra ſcripti tanq̄ ſpeciales ſedi ap̄lice re-
ſeruati ſemper intelligerentur excepti uidelicet offenſe eccli-
aſtice libertatis uiolationis interdicti ab eadem ſede impo-
ſiti criminum hereſis conſpirationis in perſonam aut ſta-
tum Romañ Pontificis ſeu cuiuſuis offenſe inobedientie
ſeu rebellionis eiuſdem Pontificis uel ſedis ap̄lice Pontificidii
offenſe perſonalis in Ep̄m ſeu alium prelatum . Inuaſioĩs
depredationis . occupationis aut deuaſtationis Terrarum
Romane eccl̄ie mediate uel ĩmediate ſubiectarum ac etiã
inuaſionis Romipetarum ſeu quorumcunq; aliorum ad
Romanam curiam uenientium · prohibitionis . deuolu-
tionis cauſarum ad dictam Curiam dilationis armorum
& aliorum prohibitorum ad partes infidelium impoſitioĩs
nouorum onerum realium uel perſonaliũ eccl̄is uel eccli-
aſticis perſonis · Simonie ſuper ordinibus uel beneficiis
aſſequendis in eadem curia uel extra contracte . Et gene-
raliter in caſibus contentis in Bulla que conſueuit in die
Cene dñi per predeceſſores ſuos Romanos Põtifices publi-
cari . Conſiderans ꝙ plerũq; contingit ſuam ſanctitatem
huiõi facultates & confeſſionalia tã preſentibus q̄ abſentibus

etiam oraculo uiue uocis concedere · ne pretextu conceſſio
nis huiõi uel penitentes uel confeſſores in ſupra ſcriptis
caſibus fallantur & fallant . ſtatuit & decreuit ſue intentio
nis fuiſſe & eſſe per quaſcūq; conceſſiones & facultates per
ſuam ſanctitatem tam ſcripto q̄ uerbo factas & impoſterū
faciendas · nemini licere irretitos dictis caſibus abſoluere
ſine ſpeciali ſue ſanctitatis licentia quinĩmo conceſſiones &
indulta predicta quo ad caſus exceptos huiõi nulli penitus
ſuffragari . Vt autem ipa conſtitutio que dudum ſcilicet
Quinta kl· Aprilis Anni ab incarnatione dñi nr̃i ihu xp̄i
Milleſimiquadringenteſimiſexageſimiſexti · Pontificatus
nr̃i Anno ſecundo Publicata fuit eiſdem xp̄ifidelibus ple
nius innoteſcat . nulluſq; illius ignorãtiã pretendere ualeat
in futurum preſentibus inſeri fecimus . ut ad maiorem
omnium pueniat notionem · Nulli ergo omnino homi
nū liceat hanc paginam nr̃orum . ſtatuti . ordinationis &
decreti infringere uel ei auſu temerario contraire · Si quis
autem hoc attemptare preſumpſerit . Indignationem oı̃
potentis dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius
ſe nouerit incurſurum . Datum Rome apud Sanctum
Petrum Anno incarnationis dñice Milleſimoquadringen
teſimoſexageſimooctauo Quinto Nonas Marcii Pontifi
catus noſtri Anno Quinto .:·

Bulla noua contra ſymoniacos·

Aulus Ep̄us ſeruus ſeruorum dei . Ad perpetuam rei
memoriam · Cum deteſtabile ſcelus Simoniace praui
tatis tam diuinarum q̄ Sacrorum Canonum auctoritas
abhorreat atq; damnet · Nos conſiderantes q̄ plures pena
rum grauitas q̄ dei timor arcere ſolet a uoluntate peccandi
ac ſūmis deſideriis affectantes ut hoc peſtiferum uicium
non ex uſu ſolum ſed etiam ex mentibus hominū ſaltem
propter penarum metum penitus euellatur · predeceſſoꝝ
noſtrorum Romanorum Pontificum ueſtigiis inherentes
ac etiam omnes & ſingulos . Excoı̃cationis . Suſpenſionis

priuationis . interdicti . ſētentias . cenſuras & penas dudū a Romanis Pontificibus predictis & pro talibus reputatis contra Simoniacos quomodolibet latas & quos illos cuiuſcunqꝫ · ſtatus . gradus · ordinis . conditionis uel ꝑeminē/tie fuerint . etiā ſi Cardinalatus . Patriarchali · Epāli . Re/gali · Reginali . uel alia quauis eccl'iaſtica ſeu mundana dignitatibus prefulgeant & eorum quemlibet tam manife/ſtum ꝙ occultum ipo facto incurrere uolumus confirmātes & innouantes aplica auctoritate declaramus qꝫ omnes illi qui Simoniace ordinati fuerint a ſuorum ſint ordinum executione ſuſpenſi . Per electiones uero · poſtulationes confirmationes . prouiſiones ſeu quaſuis alias diſpoſitio/nes quas Simoniaca contigerit labe fieri & que iuribus omnino careant in eccl'iis . monaſteriis · dignitatibus perſonatibus · officiis eccl'iaſticis & quibuſuis beneficiis aut aliquo eorum cuiꝙ ius nullatenus acquiratur nec inde faci/at aliquis fructus ſuos ſed ad illorum omnium que perce/pit reſtitutionem ſub anime ſue periculo ſit aſtrictus · Sta/tuentes preterea qꝫ uniuerſi & ſinguli etiam premiſſis dig/nitatibus prediti qui quomodolibet dando uel recipiendo Simoniam cōmiſerint aut quod illa fiat mediatores ſtete/rint ſeu procurauerint ſententiam excoīcationis incurrant a qua niſi a Romano Pontifice pro tempore exiſtente non poſſint abſolui preterꝙ in mortis articulo conſtituti . Et ut huiōi labis contagio frequentius reprimatur omnibus et ſingulis eccl'iaſticis ſecularibuſqꝫ perſonis cuiuſcunqꝫ di/gnitatis . ſtatus . gradus · ordinis uel conditionis fuerint in uirtute ſancte obedientie diſtrictius iniungimus ut eos omnes quos Simoniam huiōi cōmiſiſſe uel procuraſſe aut in ea mediatores eſſe ſciuerint Pontifici predicto uel cui idem Pontifex duxerit cōmittendum per ſe uel alios reue/lare quantocius non obmittant . Pro reuelatione huiōi etiam ſi complices fuerint non ſolum ueniam a nobis ſed etiam gratiam conſecuturi · Si eorum iuditio participes tanti criminis ualeant coerceri · Quod ſi non fecerint

abſolui non ualeant donec predicta reuelent & complices huiuſmodi detecti artius puniuentur . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis . in nouationis . declarationis & uoluntatis infringere uel ei auſu temerario contraire · Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit · Indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno incarnationis dñice . Milleſimoquadringenteſimoſexageſimoquarto Nono kt. Decembris · Pontificatus noſtri Anno Primo Publicata die Viceſimaquarta Nouembris Anno predicto

Cas[illegible] q[illegible] p[illegible] in die cene [illegible] pontifice
et [illegible]
Rebellio [illegible] pontifice
Offenſio [illegible]
Violac[illegible]
Violac[illegible]
Detentio [illegible] romane
[illegible] papa
[illegible]
Incendiarij [illegible]
[illegible] clericos [illegible] ledentes
Qui falſificant [illegible]
Qui [illegible]

([illegible] 1469 o 70)

bulla quā papa

G.B. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

B. V, 7

ius luces[illegible]tione apparence
ficet tam plenitudo apl[illegible]
Jn illo tp̄r. Dom. v. s. mathm.
Dixit ihc d. s. [illegible] dico vob

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

B. V, 4

Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com
VierFarbSelector Standard* - Euroskala Offset

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg